

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreæ Coppensteinii, Ordinis Prædicatorum
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ
Calvino-Catecheticæ**

Coppenstein, Johann Andreas

Moguntiæ, 1626

II. An B. Mariam vouisse, & seruasse Perpetuam Virginitatem sit de Fide?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35247

Definitio peccati illa non est peccati venialis; sed cuiuscunq; in genere: nam Peccatum dicitur analogice de & Mortali, & Veniali, quod est *venia dignum*; idque ob imperfectionem vel Operis, vel Voluntatis; ac propriè opponitur Mortali.

Quos adducit Romano-catholicos testes; iij nil dicunt aliud, quim peccatum veniale absoluere ex natura sua peccatum; non tamen ideo mortale; neque etiam flocci pendendum: eò quod multa venialia quadantenus quasi æquivalent mortali. Quominus peccati ven. definitio reiencia est, vt scepticè iubet Minister.

AD III. Specialem fidem de certitudine salutis in hac vita amathematizo, vt impie praesumtuosam; & credo, quod, Eccl. 9. *Nescit homo, verum amore an odio dignus sit.* Ac proinde tuum tibi recipere verbum: *Quæ igitur ista est Theologia Caluiniana? Quæ tua impietas?*

AD QVÆST. XXXV.

Quid credis cum dicas, Conceptus est de Sp. Sancto, natus ex Maria Virgine?

I. An DEI Filius sit Patri Coequalis?

CALVINVS s̄ep̄, pluresque Caluinistæ negant. Vide in Lutherio caluinista meo par. 1. q. 9. & 12. In Antichristo par. 1. q. 5. In Genealogia par. 1. q. 5. & 6.

MINISTER affirmat cum plerisque hodie Symmystis; Suidet & Catechismi, eti; verbum *Coequali* omiserit docere idem, cum dicit *verum & eternum DEV M Christum* Ideoque nil opus fuisse additiuncula Parochiana vocis *coequalis Patri*. Proinde accusat malevolam, voluntariamq; jesuitarum calumniam, qui nos ait, Christi diuinitatem insiari, & à Filio auferre æqualitatem. &c. mentiuntur. Cum Bellarmineus fateatur nos Arium pro heretico habere; nihilominus tamen Arianismi reos faciat vna cum pluribus.

RESPONDEO. Et ipsilli, quos in Lutherio caluinista locis citatis recito, Lutherio caluinista

aniasserunt etiam Christum *verum aeternumque DEV M esse*; negantque nihilominus, & Diuinitatem, & æqualitatem naturæ, & Distinctiōnem Personarum. &c. Quare opus erat meā additiuncula *Coequalis Patri*.

Neque malevolam voluntariamq; jesuitarum esse calumniam in Caluinistas villam, patet ijsdem locis citatis; sed Vestram infandam blasphemiam.

II. An B. MARIA M vniisse, & seruasse Perpetuam Virginitatem sit de Fide?

MOLINVS Caluinista in Harmonia par. 3. assertit: Christus natus ex Maria est cum Virginitatis iactura. Quæ alia blasphemia in Deiparam Lutherio caluinianorum, vide in meo Lutherio calu. parte I. q. 37. 38.

CATECHESIS Caluinista Heidelbergensis ait, *Virgini Maria: vocem Perpetua omittit: Parochus inservit:*

MINISTER, hic Antidicomarita, distinguit: Contentus cum Ecclesia Romana: 1. Quod Maria vere facerit Virgo, ante, in, post Partum. 2. Quod hoc ipsum sit de fide Catholica, & articulus fiduci fundamentalis: quo negato, etiam negetur ipse Christus: ut qui non fuisset verus ille Messias, de quo Isa. 7. & Mat. 1. Ecce VIRGO concipiet. &c.

DISSENTIMVS in tribus: 1. Quod Pontificii statuant, Virginem PERPETVAM mansisse; rito vitæ suæ interius tempore.

2. Quod Vouxit perpetuam Virginitatem: dicens Luca. *Quoniam virum non cognosco.* Bellarmineus assertit, quod nunquam habuit explicitum animum consummantis matrimonium Did. Stella sic loquentem facit: *Simea Virginitatu iacturam aliquam sum passura, & promissum Votum violare; Nolo esse Mater.* &c.

3. Quod, quia dicimus Mariam perpetuisse cum aperiotione vulva, Pontificij existiment nos dicere, Mariam amansse Virginitatem carnis: quæ hæresis Iouiniani est.

I. DICIMVS ergo, sententiam de PERPETVA Virginitate non esse contra Scripturam; quin essepiam & PROBABLEM. Ac propterea & Novamiamus Heluidium, qui perinaciter assertuit, Mariam postea ex Iosepho plures liberos genuisse &c. Negamus eam sententiam esse contra fidem, & hæreticam. Vel Pontificiam esse de fide, & ad salutem creditu necessariam. Nempe; Nec Mariam post partum Iolephum a iumento virum cognouisse & ex eo statuentes cum Heluidio: Nec Post petuam Virginem permanisse, tanquam deside statuentes cum Pontificiis.

Suadet I. Ita *Caluinus in Harm. in Mat. 1. 25. & Pet. Martyr in Rom. 4.* 2. Cur ergo Non statuamus, Sententiam Rom. Ecclesiae esse de fide, ratio est duplex. 1. Quia, (vt Pontifici facientur:) non continetur in Scriptura, con infinite omnia saluti necessaria 2. Quia altera sententia non est contra fidem: sat enim est credere. *Christum Natum ex Maria Virgine: tamen si postea plures libertos ex Iosepho, vel alio sibi eperit: sic Ba-silius serm. de S. generatione Christi.*

3. Quia ex hoc, *Virum non cognosco*, non sequitur perpetuam Virginitatem vobis. 1. Quia nulla tunc monasteria fuerunt; nec nullum praeium exemplum. 2. Quia non verisimile eam contraxisse matrimonium sub virgo abstineni; sed contrarium potius cuincunxilla, *Matt. 1. Antequam conuenerint, inueniuntur et.* &c ergo contrarerunt, vt conuenient. Ideo & Ioseph eam duxit in domum suam, in qua & Christum concepit. 3. Quia non verisimile est Mariam vobis post initum Matrimonium, idque non ex exemplo. *Quare non Cognosco, id est, non cognoui: non, vt Pontificij volunt, non cognoscam ex voto;* est interpretandum.

II. De APERTIONE VULVA docebo te, Paroche, &c. 1. *Christus vere & proprium vulvam aperuit Matri sua, ipsa patefacti corporu lege.* Ita Patres: vt Tertius &c. Idque non solo apertoris est. Et, quasi tam vero existeret, ac si aperueret; vt Iesuita volunt. 2. *Dicere, quodammodo do apertam fuisse, non est error, vel heres.* Vide Maldonatum & Iansen. 3. *Apertio in Maria & alii famini differt in modo.* i. in persona aperiens; non reijsa. Sic Orig. & Erasmus, contra Maldon. 4. *Per apertione non est corrupta corporis Virginitas; quia non a viro, sed a Christo facta est.* Ita B. Rhenanus, Iansenius. Proinde euauit doctrina Romana ab sententia Patrum.

I. De perennitate Virginitatis Deiparae?

RE S P O N D E O I. *Vestrum cum Ecclesia Romana Consensum in duobus, amplectitor; et si te ipsum, tuosque cum eo mallem: at Dissensum in tribus detestor.*

Verum in Dissensibus tute dissentis tibi. 1. *Dum Damas Heluidianam Sententiam, de amissa Virginitate POSTEA: & tamen Negas eam esse contra Fidem, aut Heresin.*

Cur igitur, & unde damnas? Cur? An ob-falsitatem? At contra quam haec erit Veritatem? Scriptura? Negas. Fidei? Consequenter negas. Nihil enim est Fidici, (iuxta Lutherocaluinianum axioma) quod Scriptura non est.

At qui est sententia de re sacra, de laesa Virgi-

nitate Deiparae: cuius veritas item constare ex Doctrina sacra debet: Et hanc quavis in contiouerbia esse negatis aliam, nisi Verbum Scriptum. Quare, *Vel ex hoc liquere oportet falsitatem damnabilem Heluidianam; Vel, si minus, male eius asseri Damnabilitatem; peius vero Damnari; necesse est.* Quid hic dices?

Nobis expedita & Responsio est; Damnandum esse sententiam Heluidianam: & Ratio: Quia heresies est contra S. Traditionem, S. Petrum, & Ecclesiae testimoniis infallibilem.

2. *Deinde sentis recte; Fuit Virgo in partu, & POST partum: & hoc est de Fide: tibiq; mox non recte dissentis isto: POSTEA permanuisse Virginem, non est de fide, nec heres.* At, inquam, *Fuit POST partum Virgo;* ergo aut *POSTEA permanit;* aut *POST partum non fuit.* *Quia IN partu persistit Deiparae Virginitas illa sa: itemque & POST partum, vt credis bene, à nullo lejsa seu partu alio, seu genitore: ergo & POSTEA sic permanit illa sa at quoconque partu, aut viro altero.* Nam *POSTEA, est Post partum;* & hoc *post partum, est postea.* Aut dic: *à quo fuit post partum illa sa, & dñe potuit;* & non item *postea:* *Quid hic dices?*

Nobis expedita est cum responsio: *Post partum, hac in re, est Postea;* & contraria: *tum ratio: Quia sic Traditionis est, nil queras ultra. Age: Quicquid in rebus sacris credendum afferitur CONTRA, vel, vt vultis, EXTRA S. Scripturam; idem militat proinde utrumq; contra Fidem, & contra Scripturam; estque heres. At Heluidiana sententia est talis: EXTRA Scripturam: vt nobis consentis: Ergo, per Vestrum Consequens, est & CONTRA Scripturam, Fidei inique vestram; que nil credere vult, nil debet, nisi in Scriptura contentum; vt ipse sis. Ergo eadem Heluidiana sententia est Heresis: quod tu negas. Confirmo: quia extra Scripturam est de re sacra; in qua definitur Ecclesia Uniuersalis Consensus ex Traditione sacra non scripta. Qui autem Ecclesiam non audierit, sit tibi scutum ethnicus.*

II. *Doceo. Quoniam te, Minister, repente Magister noster factus; sed a te ipso: (nox Antidicomaritanate hereticum fecit) Quoniam te, inquam tuus meus verbis tibi reddis, nego in Patribus,*